


*Handwritten scribble*

**Epistola de miseria Cura  
torum seu plebanorum.**



*Handwritten scribble*





## **Ecuruz est semp**

scriptura teste in faciēdis con-  
sulere. Incautum vero est ad  
aliquid vel consentire vel di-  
suadere de cura pastorali su-  
scipiēda amantissime Johā-  
nes velut iam expertum tuis  
me litteris pie consulis: sed a  
me quid rem vtiq; difficilem  
requiris inter clericos christo  
summo pastori nullus pleba-  
no officio viciniō: quēadmo-  
dum crucifixus est nobis om-

nibus scientibus christus a iudeis: ita quotidie crucifigitur eodē  
christo attestante plebanus a parochianis. Quomodo enī di-  
cit nō est discipulus super magistrum: seruus super dominū su-  
um si me persecuti sunt et vos persequentur si sermonem meum  
seruauerint et vestrum seruabūt Christus in vita eterna ad dex-  
tram dei sedet crucis obprobrium patiēter sustinens. plebanus  
in eadem vita sū post xpm locum tenet. tribulationē acies for-  
titer vincens et non solum in eterna gloria post xpm erit p̄mus.  
quā idem cum eo habet officium immo in iudicando viuos et  
mortuos cum xpo sedebit iudex precipuus. quā nō susceperūt  
eius predicationis verbum. Unde petro de laboris premio i-  
terrogante xps ait. Amen dico vobis q̄ vos qui secuti estis me se-  
debitis super sedes iudicantes duodecim tribu israhel. Pasto-  
ris ita gloriam eiusdem et ignominiam extreme considero et in  
hac re tibi consentio et penitus dissuadeo. Inuitat ad consentien-  
dum meritum: inducit ad dissuadendum obprobrium? Ego pa-  
storum indignissimus infinitas infestationes sustineo: et nondū  
est finis. Si ad xpi oues pascendum te induxero: ad conscriben-  
dum tua obprobria que rogo sufficit pellis. Oportet ergo aliqs  
tibi tentationes proponere et his cognitis quid faciendū sit in  
te dimittere. Quisquis igitur curam pastorale portat nouē dya-  
bolos sine intermissione se lacerare sciat q̄ nequaquā sustinisset  
seruus patienter tunc tollerat dominus.

**Primus** diabolus inter omnes est ipse collator qui dñi ecclesiam quam conferi suam esse putat plebanum tanq̄ alium subditum tenet et tractat: et quia hanc intentionem fallam habet missas celebrare et quecumq; alia ad libitum suum facere iubet: quid hac temptatione acrius. Quomodo collatoris irrationabilem voluntatem saltem in minimo non implet preter cetera impropria etiam mortis periculum vix effugit: scit oculus quia non mentior quod dico ipse hodie sustineo que in pastorem dominatio tam est tyrannica q̄ iniusta ut liceat collator plebano quicq; mandare quem et nec habet imo non potest inuestire dummodo sanctissimo imperator humilibus genibus prosternit nunq; imperatore dignior collator: quia sub plebano minime incuruat hunc et consumiles apte et congrue pilatus designat quando dixit Nescis quia potestatem habeo te dimittendi et crucifigendi superbe ad christum dixit. Sed quid malum vite finem pilatus habuit sententias christum ita proculdubio sine salute omnis collator peribit persequens plebanum Herodes multos in bethleem occidit pueros ut fieret deus propter quod ille per multas infirmitates in peccatis suis pessime obiit. Collator multa plebano infert mala ut sit plebanus propter quod iste absq; hesitatione sine plebano vitam terminabit. Nec singula per vindictam dicta sunt ut cum huiusmodi malum non manet inultum. Omnis collator discat ex hoc suo plebano esse subiectum et toto corde studeat illum diligere sine quo nequaquam potest animam suam saluare. Ad quid sermonem protraho tantum plebanum collator tribulat ut propter infinitas istas tribulationes multos ecclesias suas permutasse constat. Qui malunt tranquillam vitam ducere q̄ iniurijs subiacere.

**Secundus** diabolus est custos ecclesie: qui quanto minor in potestate: tanto maior in persecutione non manifeste ledit sed ut serpens occulte retro pungit. Ille te per pratium transeunte in graminiibus latens indeliberate mordet et iste ubi non putas improvisè nocet. famuli conditionem ut est gerit in domo tua singula que aguntur prospicit: sed quando emolumentum consuetum a te non suscipit omnem inuidiam contra te accendit. Secreta tua que ante amicus celare studuit: cunctis tunc inimicis revelare non contremiscit. *O infestatio*

statio super omnem infestationem magis seuera. Jaculis manifestis projicitur dipeus contra occulta campanatoz tela nullus proficit galcerus. Quid crudelius. Sicut aliquando apud iudeos iudas tradidit christum: ita apud aduersarios suos campanatoz accusat plebanum. Et quemadmodum pacis osculum suum iste didicit facere bellum: sic per fallam amicitiam contra dñm suum iste non desinit suscitare prelium. Ego inutilis ecclesie pastor multa beneficia campanatoz cuidam exhibui: sed quacito propter suam maliciam beneficia solita abstuli: tam cito in malis que deo teste non feci validum apud officialem traditorem cognoui. Sed quid. Judas se suspendendo pessime suum luit reatum et multos cognosco campanatores in summa paupertate suum penitere flagitium: quorum scelera ita singulis plebanis sunt cognita: ut tanquam oues errantes nusquam habere possunt seruituta.

**Tertius** diabolus est coca tua dña per quaz habes tot tentationum stimulos quot in capite geris capillos nunquam fidelis: semper pigra: in cunctis rebellis. Que nisi ab omnibus esset despecta meretrix. nullatenus domus tue fuisset facta dispensatrix. Et quia est famula tua: non permanens vxor: in singulis abstrahit: ut dum a te propter suam maliciam expellitur: penuriam nullam in futuro patiat: tanto minus te curat: quanto plus quod ea carere non potes considerat. Hoc malum et alia quamplura quando cumq; in ea inuenies ab intra per iracundiam consumeris. Malum est si percutis: peius est si ad hoc nihil dicis: tunc si rem recte discutis: nullum te miserabiliorum apprehendis. Cum vero non aut vix sit fidelis viro legitimo: quando esse potest commodosa plebano soluta. Si quod valde rarum est: et accidens matronam sanctam habet super omnes sanctos eadem celebrare oportet. Et quamuis in dispensando commodat: tamen multum verbis suis inutilibus stimulat. Ceterum leccatrix forsitan est. Igitur vult libidinis ardorem in ea extinguere quem si non deles male habes. Si vero animum eius cupientem expleas te ipsa non tu illam possides. Sic fit antequam cocam cum filijs dimitteres potius ecclesia dimissa cum eisdem exul maneres. heu quanta miseria curatorum: Numquid melior buccella panis altare exiguum cum pace quam domus plena diuicij ecclesia magna cum merore. Sed obiceret quis damna



plurima suspiciōis preter omnia famam bonam amittis cur non  
potius probam et honestam queris ex cuius prouida dispen-  
satione et multa comoda capis et omnem infamiam preterfugis.  
Quantum ego capere possum quia infelix viuis tu infelicitatis  
manifesta causa ipse existis. Audi quia qui talia proponis quā  
insipienter loqueris. Sine dubio hec amplius non obicis si di-  
ligenter quam dicam curatorum ignominiam agnoscis. Suspen-  
sor. Excoziator. Curator nomina tria differētia sunt officia. Su-  
spensor fures patibulo annectit. Excoziator ipso equos exco-  
riat. Curator dei populum informat. Illorum officium quod-  
libet necessarium est mundus eisdem carere non potest. Cum fu-  
res omnia tollerent. Equi ad nares feterent. Homines hōisaret.  
Quantum igitur isti tres omnibus hominibus necessarij sunt  
tantum omnes homines eos despiciunt. Inter suspensores. Ex-  
coziatorem. Curatorem in laicis quo ad aspernationē nihil in-  
ter est. Ego nondum curam pastozalem gerens honestam quā  
dam matronam in cocam futuram subtilibus verbis meis con-  
ueni. Sed quando famulandi tempus aduenit infamationem  
timens famulari respuit. Seruus cuz capellanis comedere vo-  
luit. Sus cuz gallinis aucis esuriuit. Nemo vaccas mulsit. Om-  
nis honesta famulatum meum fugit quis precor me tunc angu-  
stioz fuit quem etiam inuitum deum testifico multum infama-  
tam personam. Saluicam natura infidelem bibulam in meam  
dispensatricem recipere oportuit. Dic ergo queso que virtuosa  
munda casta suspensori excoziatori curatori vnquā famulabi-  
tur. forte iterum obicis quasi omnis curator concubuit quia ve-  
ro casta ancillas suas multos curatores maculare apprehendit  
maculationem fugiens famulari contemnit. Sibi ipsi igitur ta-  
lis contrarius existit si continēter viueret nulla in honestis acq-  
rendis difficultatem haberet. Audi qui ita improperas. Quis  
forzioz sanctioz sapientioz Sāsonē dauid Salomone. Si forti-  
tudo sanctitas sapientia Sāsonem dauid Salomone a con-  
cubitu mulieris preseruare non potuit quis curatores ab eodez  
veneno vnquā liberabit. Sicut impossibile est cum pice commu-  
nicari et ab ea non coinquinari ita non suscipiendum est cū mu-  
liere habitare et ab ea non maculari. Si vir vxorem habens nō  
vrens sine necessitate castitatem coniugalem sepius defedat. O

quam ratum est si curator vxorem non habens semper vrens se  
non coinquinat. Ab hoc tempore quo clericos ab vxoribus  
sanctio apostolica sequestrauit nullus vnquā quantūcūqz sanctus  
et continens sine suspitione fuit. Fortiter preterea audeo in medi-  
um proferre si inter curatores nullus concubinarius esset adhuc  
propter eandem suspicionem curatori honesta non deseruaret.  
Quapropter cum fiducia loquor nisi ecclesia presertim curatores  
in antea vxores habere tolleret cum scortis omnes vsqz ad vnū  
domesticam curam portare oporteret. O quantum dedecus in-  
de populus incidit dānationis periculuz vnde deberet summe  
re bene viuendi exemplum. Antea per sacerdotes prolem tota  
nostra salus profluxit: nunc autem non nisi scandalū venit. Oliz  
vnusquisqz sacerdotum in sua legitima contentabatur: nunc vō  
sacerdos quia propriam non habet feminis indifferēter vitur.  
De illis nemo quod malum est promebat. De istis quomodo  
luxuriantur etiam puer cantat. Sic ad vltimum quicūqz es ple-  
bane si cocam etiam honestam habes et multa ex ea incōmoda  
recipis et super omnia infamiam incurris.

**Quartus** Dyabolus est vitricus ecclesie tantum impu-  
gnat quantum est quod non considerat in ec-  
clesia tua sine licentia mendicat mendicandi tempus non obser-  
uat de comodo tuo semper murmurat quando non totum ad  
suam tabulam accumulatur ad fabam te non curat. Qui oblatio-  
nes recipiendi auctoritatem se habere existimant preterea ecclesie  
legata solus capit. Tabulam tecum non diuidit imagines cere-  
as sicut suas ad trabes necit. Caseos oua pullos linum vendit.  
Cimiterij gramina vendit. In exequijs lumina tollit. Sedes in  
ecclesia edificandi et quocūqz reponendi licentiaz tribuit. Cō-  
putationem receptorum expositoꝝ sine te facit. Unum dūta-  
rat deest missas celebrare nescit alias totam ecclesiam tuam re-  
git. O dura tētatio quid est plebanus si quecūqz in ecclesia ad-  
libitum vult facere vitricus. Non sit supra magistrum discipu-  
lus. Neqz super dominum seruus. Dominus ecclesie est pleba-  
nus sed seruus ipse vitricus. Quicquid ergo in supranominatis  
ecclesie acciderit: vitrici est colligere: sed solius plebani est dispen-  
sare vitricus colligat collecta representet tunc plebanus si ex col-  
lectis ecclesie partem dederit ex gratia et misericordia. venit que-

folus omnia iure dictate seruare poterit. Sicut sine capite membra corporis non possunt viuere. Ita quia caput eius est sine plebano ecclesia esse non potest. Si igitur indigens plebanus fuerit et singula sine diuisione ad tempus donec resurgat retinere poterit: melius est enim ecclesiam quam ipsum plebanum egere et degerere quemadmodum securius est membrum quam ipsum caput perire. Quamobrem sit quodcumque si aliquid ecclesie tantum legatum fuerit suam mediam portionem ex legato plebanus canonice recipit. Si plebano tantum defunctus legauit cum ecclesia si vult diuidit. Si aliquid plebano et ecclesie simul indeterminate legatum fuerit equalis diuisio fiat et uterque mediam partem recipiet. Si vero in specie illud plebano et istud ecclesie in testamento idem defunctus determinat unusquisque suum testamentum sine diuisione obtineat. In summis festiuitatibus diebus patronorum dedicatio nis festis beate virginis quicquid tabula capit cum plebano vitricum equaliter diuidere conuenit. Denique si ecclesia necessitate coacta non fuerit quocumque tempore mendicando circuit mediam partem plebanus iuste capit. Et quia ex pura gratia et misericordia venit ut cum ecclesia dictas diuisiones facit. Item caseos oua pullos linum pro domo sua semper non immerito tollit imagines cereas lumina in exequiis quando ceras non habet cum ecclesia diuidat. Cimiterij gramina vitricum metere non annuat sed campanatori si pauper est tribuat. In ecclesia edificare aut quicquam reponere sine licentia sua non permittat. Computationem plebano omni anno non collatori facit vitricus. Campanatorem et vitricos locare tantum ad plebanum spectat. Nec si ut dictum est vitricus non obseruat sed in his contra plebanum frivole decernat maiorem excommunicationis sententiam intrat a qua non nisi papa liberat. O stultitia et omnium curatorum demerita miro de vobis atque mirari non sufficio bis in anno omnes ad sanctam Synodum conuenitis et pessime in vobis vitricos dominari finitis. Collatores de ecclesie bonis villas agros et alodia emere fauetis: et vos potius non contradicendo in miseria magna degeris. Non noscitis quia omnia ecclesie accidentaliter sine diuisione tanto iustius capiatis quanto ecclesiam propter habundantiam sine spe recipiendi inutiliter multis multa acco modo dare conspiciatis. Sic demum quia collatoris non pleba-

ni intuitu vitricus existit non quod plebanus: sed quod collator suber facit. Ex iure omnia se recipere credit que plebanus ex misericordia et gratia ecclesie dimittit.

**Quintus** Diabolus est ipse rusticus: ideo malus. Quia nullus in eo intellectus predicationes tuas vituperat contra missas tuas longas murmurat. Tempore interditi de diuinorum cessatione te indamat. Ad que non teneris obligat excommunicatus offendere cogitat laborans contra cibum et potum tuum mercedemque semper insultat. Offertorium non presentat et que habes sine labore te possidere existimat tricesimos votiuas vigilias animarum commendationes testamenta et his similia studio quo potest impedire non cessat nisi omnia ista prius impediatur firmiter credas ad infirmum te venire cum sacramentis nullatenus rogat. O quot sexagenas vaccas vestimenta et cetera ex inuidia sic obtinet rusticus quod alias per bonam agonizantis voluntatem merito omnia tolleret plebanus. Denique quia domum tuam vicinam sue videt differetiam inter te et alium rusticum non habet. Quicquid ergo totam communitatem facere oportet ad hec te angustiari non pudet. Quid hacre durius. Si communitatem cum rusticis seruare contempseris recte quidem facis: sed ex hoc infinitas persecutiones lapides super caput tuum colliges. Nuper rustici me aquarum necessitatem sustinentes tota communitate iuuante per occultas fistulas fontem quendam vicinum in mediam villam perduxerant ecclesiam campanatorem aquas haurire sine contributo permiserat: sed quia duos aureos dare rennui quos mihi contribuendos dictarant cum magna temeritate meam ab aquis famula repulerant. In tantum contra me fremere ceperant ut etiam aerem si potuissent prohibere parati erant. O quanta in curatores ipsorum rusticorum inuidia. Nunquid vna cum ecclesia plebanus in singulis immunitate gaudent. Qua igitur fronte plebanum ad contribuendum arcent et ecclesiam cum campanatore libere ferre aq̄s fauent nisi quia rustici de plebani prospero successu ex intimo corde semper dolerent. Curatorum igitur nullus cum rusticis communitatem teneat ad pascendum porcos vaccas oues aucas non contribuat ordine eum tangente non custodiat. Ad sepes munitiones communes reparandas familiam suam non mittat hoc

B



solum caueat de suis rusticis vt dāna non sentiat quicquid ali-  
as sit quodcumq; communitatem facere oporteat liberum ab  
hoc se fore sciat. Si secus faciat totiens quotiens excommunica-  
tionis sententia eum mulctat tandem omni tempore rustici ple-  
bano inuident z in nullo sibi fauent. Et si aliquando eo carere  
possent dudum in ipsum lapides misissent.

**Beatus** Dyabolus est ipse officialis quanto sua iurisdic-  
tio latior de tanto in plures tyrannior z forti-  
or. Quemadmodum vltra hinc z inde volat z lacerat pullos.  
Sic iste iam ab illis iam ab istis parochianis explorat vt exa-  
ctionet plebanos. Mandata innumerabilia mittit si non in co-  
rundem executione magis q̄ in tua negotiatione diligens fue-  
ris. Itineris importunitatem domus tue dispensationem non  
ponderat. Gaudens illico te citat vt mali quid in te inueniat nō  
vt puniat sed magis vt marsupium suum impleat. Si non com-  
parueris indignationem eius quis enarrabit. Sicut canis impe-  
tuose latrat z nisi panes ante eum proijcies a latratione non ces-  
sat. Ita iste assidue te infestat z nisi florenos expendas quos so-  
lum optat mandare non cessat nec mandata cassat. Et quomo-  
do securus esse poterit vnq̄ ipse plebanus quem etiaz quotidie  
proprius lacerat prelatus. Scribit salutes in domino quasi fa-  
tor tuus optimus z inter omnes persecutores in lacerando est  
pessimus. Mandatis suis aliquando minus iustis quomodo  
potest contra te rusticos incitat. Mandat. Iteruz mandat man-  
dare non cessat sed illatam a rusticis iniuriam te conquerēte nō  
vindicat. O magnum periculum. Si processus exequeris rusti-  
cus impugnat. Si nō publicaueris officialis murmurat. O plu-  
ra sunt que te infestant plebanum. Sed profecto nihil est quod  
fortius officiali impugnet. Qui te sine causa infamat irregula-  
rem probat. Quomodo poterit esse bonus. In ecclesie mee di-  
strictu multi sunt fornicatores z adulteri. pauperes occulti nobi-  
les manifesti. Citat pauperes manifeste ad libitum suum z pu-  
nit. honorat nobiles nec pleccit. Si ex alio officialis nequitia nō  
patet ex isto omnibus hominibus aperte daret hec presens epi-  
stola cum tanta audacia nō proferetur nisi omnis homo in hoc  
officiali malidiceret. Recipit pecuniam z admittit ignominiaz.  
Amat denarium. z tollerat fornicarium. Tollit munera. z de-

struit iura. Credit rustico z inuidet plebano. Nisi portauerit nu-  
mos. nullus ab eo est acceptus. Citat monet: excommunicat. ag-  
grauat reaggrauat relaxat interdicit. In his omnibus non dei  
gloriam querit: sed solum lucrum: diligit pecunie seruit z innu-  
mera mala propter hanc committit. Tanta in curatores est ipsi-  
us officialis tribulatio. Si ecclesiam non haberem nullaz vtiq;  
susciperem. Qui omnibus alijs dyabolis dormientibus iste so-  
lus ad nocendū vigilat. Alijs quiescentibus: iste solus ingetat.

**Septimus** Dyabolus est ipse episcopus quod per  
totum annum omnis sollicitudo tua col-  
legit hoc iste per subsidium tollit singula bona tua que possides  
immunia sunt. Jam episcopus contributum. Jam postulat sub-  
sidium sic qui immunitatem bonorum tuorum deberet conser-  
uare. de anno in annum hanc non pudet ipse infringere. Episco-  
pum solum cum necessitas ingruat. que proprijs reuelare stipen-  
dijs non potest: charitatum postulare decet subsidium. Dudū  
iam nulla necessitate rationali quodammodo urgente sine mia  
requisiuit contributum. Nunc vero quasi nunq̄ esset sibi subue-  
tum. instanter postulat subsidium. O super omnem lupum. lu-  
pus rapax. lupus eo esuriente ouem rapit z nisi euz summa vr-  
geat necessitas non redit. Episcopum autem nulla penuria cogit  
z semper ad alterum annum subsidium capit sic bona tua que  
alias manerent immunia per continuum sine causa subsidij fa-  
cit ciuilia insuper quadraginta marcas subsidij collectori nume-  
raui in tantis me marcis satisfecisse existimaui collector institit  
preter has registrales poposcit z de qualibet marca scribenda  
tres hallenses recepit: bursam penitus euacuauit z me dolente  
ipse risit. Rusticus prebet censum z satisfacit domino plebanus  
donat subsidium: nec sufficit episcopo. Quantum igitur ex iniu-  
stis registralibus colligere valeo neminem ipso episcopo cupi-  
diorē reprehendo qui ne in subsidio ne sentiat aliquot dānaz  
procuratorz sudores collectori dat suū p̄ciū qd̄ tm̄ est. Uellē po-  
tius fieri subsidij collectenarius q̄ effici ecclesie misnensis vicarius.  
Quid est qz officialis in synodo sepius audit hoc verbum neu-  
trale vacat. Nisi quia euz multis alijs episcopus vltra vires ple-  
banum ex actionat dignitatem ac libertatem nō defensat lupo s



baculo pastorali non fugat. Dum in curiam episcopalem venerit plebanus vix ad eum beneuentis dicit. Si vero nobilitatis non solum cum omni solemnitate acceptatur. Immo celareum cum optimi liquoris vasis aperitur. Ad prandium cenam inuitatur causa eius auditur et expeditur. Plebanus vero spernitur nec cibus nec potus ei prebetur. Iniusta causa damnatur: prudenter loquitur et arguitur sic quidem a proprio domino suo repellitur: et a cunctis vasallis odio habetur. Agri tolluntur: census alienantur: domus parochialis violatur. Clerici sine causa tanquam latrones captiui ducuntur: quotidie in depre violentie aguntur. Et quasi non sit episcopus vel prelatus hec omnia perpetratur: Nunquid es episcopus. Si denique episcopus ubi queso est tuus baculus. Si tenes baculum cur non prohibes lupum. Quod irreuerabile damnum. Perditus est omnis clerus quia amici sunt pastor et lupus. Sed timendum est cum lupus amplius non habuerit quem deuorabit et pastorem et iusto iudicio pastor cum ouibus perit qui nullam diligentiam circa oues habere voluit. Frustra et indigne geris o episcope baculum te ordines celebrante quem gerere non vis lupo clerum tuum inuadente. Diligentes igitur curam de ouibus tuis habeas quarum et lac ac butyrum contributum cum subsidio de die in diem congregas. Dic cum saluatore. Qui vos audit: me audit: et qui vos spernit: me spernit: et quocumque in curiam tuam venerit plebanus honora illum quemadmodum in eterna patria christus honorat apostolos: omnem eius iniuriam tuam reputa lupos sibi insidiantes cum magna strenuitate ad aliorum terrorem fuga: tu enim es christus plebanus tuus discipulus sicut in suis tribulationibus christus non deseruit apostolos nec et tu in suis infinitis tribulationibus ac persecutionibus dimittas plebanos: sed heu quod non plantauit lupos tollit quia magis lupos quam oues diligit episcopus. Sic dominus de bonis ecclesie diues est vasallus et summe pauper semper manet plebanus.

**Octauus** dyabolus est ipse Capellanus hic in ecclesia tua nec cantat nec legit nisi unde ipse suum profectum habere possit vix sine confusione requiem cantat et quasi in singulis tibi rebellizat. Si prandium tuum et cenam non semper equaliter sumit: non solum in te sed in cocam tuam etiam

fremit: et quia tecum discordat rixas quomodo potest aduersum te excitat. forte ebrius est per totam noctem in taberna leuat cantros et mane non pudet immolare sacrificium somnolentus est quando in ecclesia tua debet commodum tuum agere iacens in lecto forte adhuc in matutinas cum accessu altaris debet incipere. Impatiens est: vult equitare non curat si oportet te per pedes ambulare et si non habuerit equum non complet tuum ministerium. Quotiens ego plebanus fui pedester et dura feci vestigia ipse capellanus in equo meo quietus et lectus cantauit carmina. Curiosus est iungit se vasallus: loquitur quod non audiuit: excitat quod non vidit. Et si persequendi modum non haberent ex alio quomodo nocent plebano habent ex capellano. Superbus est in ministerio: semper iocum et formosum appetit habitum: non ut in hoc deceat christum: sed magis ut ad se inclinaret populum. Non ut per illam honestatem decetero maneat capellanus sed magis ut depulso domino suo ipse futurus succedat plebanus. Auarus est comodum tuum pro posse impedit sepius: quod tuam obseruaret coquinam in votiuas vigiliis hoc est in suum profectum vertit te accrescente semper dolet: quia nihil dicere audet: ubi potest occulte nocet. In mari igitur arenam numera et in capellano tentationis pensa et proculdubio qui putas te esse plebanum et dominum inuenies te tuorum capellano et capellani et seruum.

**Nonus** dyabolus est ipse predicator quanto in docrina gloriose: tanto plebano infestior acceptum se in populo considerat et plebanum quasi cifra pro nihilo reputat. Et quia scientia inflat non solum a plebano: sed etiam a capellanis tanquam prepositus celebrari oportet. Si non semper delicata cibaria manducat vinum conditum cum ceruisia optima potat de hoc in ambone predicat coram plebis multitudine te scandalizat non in verborum suorum apparatu profectum tuum querit sed quomodo ipse accrescat toto conatu laborat. Si per te ipsum predicare non poteris multotiens ab eo azinus et cornutus vocaris. Confidit in doctrinam et multiplicat calunias. Velis nolis contra te predicator permanet qui totum populum tuum ad brachium suum habet. Ecce mi iohannes potes bibere calicem et curam suscipere pastorem essentialia solum tibi retinenda proposui de accidentalibus infinitis mentiones nec feci quod



quotidie ex aduerso te infestat quis est qui numerat. Ad curam igitur pastozalem suscipiendam meritum ponderas fideliter cōsulo obprobrium censens penitus dissuadeo. Quantum igitur ecclesiasticum regimen est meritorium: tantum est onerosum: quantum excelsum: tantum ignominiosum: quid est quod plures religionem intrant et in eadem non perseuerant: multi ecclesias suscipiunt et non multo tempore effluxo dimittunt. Nisi quia isti. scilicet religiosi duram contra vitia ante non ponderarunt pugnam: et isti acerbam prius non masticauerunt miseriam. Ergo quidem vsque huc pastozale onus portauit: sed quia tribulationes quibus non mereor sustineo ecclesiam meam pro beneficio non curato quātōtū possū cōmutabo. Quapropter si poteris patienter quas dixi sufferre calūnias secure ecclesiam suscipe si sustinere nō potes nec vnquam sustinuiti erūnas potius alias ecclesiasticas portare curas. dimitte tu enim omni honore et reuerentia quā nō ego sed plures de te affirmantes dignus: cum non solum in septem artibus liberalibus: imo in totius sacre scripture quodāmodo sis expertus semitis: non ergo te decet tantū virum ecclesie lumen per tot miserias obfascari modio supponi: sed saluatore testante ab omnibus curis expeditum super candelabrum hoc est excelsam cathedram locari et in summa reuerentia haberi: quia vt multi peccatores in peccato et suorum tenebris ambulantes: peccata sua super carbones nigra videant. Videndo recognoscant: recognoscendo: defleant: deflendo confiteantur: confitendo peniteant: penitendo purificentur: purificati: mundi permaneant. Et tandem ad celestem munditiam hoc est eternam felicitatem ad quam creati sunt perueniant. Prestante dōno nostro Iesu xpō. Vale.

**E**xPLICIT epistola de miseria Curatorum seu plebanorum.

